






Evangelium


D 
 Ominus vobíscum. *R.* Et cum spí-ri-tu tu-o.



 Sequénti-a Sancti Evangé-li-i secúndum Mattháe-um. *R.* Glóri-a ti-bi Dómine.

C 
 Um natus esset Jesus in Bétlehem Juda in di-ébus Heródis regis,



 ecce Magi ab Ori-énte venérunt Jerosó-lymam, dicéntes: Ubi est qui natus


 est rex Judæ-órum? Ví-dimus enim stellam e-jus in Ori-énte, et vénimus



 adoráre e-um. Audi-ens autem Heródes rex, turbátus est, et omnis


 Jerosó-lyma cum il-lo. Et cóngregans omnes príncipes sacerdotum, et


 scribas pópu-li, scisci-tabátur ab e-is, ubi Christus nasceré-tur. At il-li


 dixerunt e-i: In Bétlehem Judæ: sic enim scriptum est per Prophétam: Et


 tu, Bétlehem terra Juda, nequáquam mí-nima es in princí-pibus Juda: ex te



enim éxi-et dux, qui regat pópu-lum me-um Isra-ël. Tunc Heródes, clam
voca-tis Magis, di-ligénter dí-di-cit ab e-is tempus stellæ, quæ appáru-it e-is:
et mittens illos in Bétlehem, di-xit: I-te, et interrogáte di-ligénter de
pú-ero: et cum invené-ri-tis, renunti-áte mi-hi, ut et ego véni-ens adórem
e-um. Qui cum audíssent regem, abi-é-runt. Et ecce stella, quam víderant
in Ori-énte, antecedébat e-os, usque dum véni-ens, staret supra, ubi erat
pu-er. Vidéntes autem stellam, gavi-si sunt gáudi-o magno valde. Et intrántes
domum, invenérunt pú-erum cum Ma-rí-a matre e-jus, (*Hic genuflectitur*)
et procidéntes adoravérunt e-um. Et apértis thesáuris su-is, obtu-lérunt e-i
múnera, aurum, thus, et myrrham. Et respónso accépto in somnis ne
redí-rent ad Heródem, per á-li-am vi-am revérsi sunt in regi-ónem su-am.